

308 DE PROCVRANDA INDOVRM
gilantissimus sit, suscepso muneri sine ingenti suo
damno satisfacere queat?

C A P V T X I V .

Qua libidinis & auaritiae incentiuia occurrant?

ATque solitudo est omnibus istis auxiliis careret, tamen olim expetebatur a multis, propterea quod etiam occasionibus laqueisque vacaret, vbi libidinis, & cupiditatis materia omnis abesse. At barbarorum commoratio ita est omni humanitate destituta ad bonum, ut tamen malum nihil illa magis perturbet & irriter. Impudicitie omnis vorago ingens, vbi hominum timor nullus, foeminarum mita lasciuia & procacitas, pudor penitus omnis ignotus: occasio frequentissima, non tam quaestua ad libidinem, quam libidinem ipsa querens. Timor quidem Dei potentissimus est ad resistendum peccato: At vbi pudore pariter ac meru humano defituitur, tum vero virgetur ipsa facilitate peccandi, faciliterne, quae nostra est miseria, abiicitur. Vbi enim & tentat proclinitas, & siadet impunitas, quid non obtineat illecebra? **Quis** vero castus & pudicus, nisi fugiendo materia libidinis? Nam ea semel admota, quid sequatur, Salomon, & praecepto monet, (Quis ambulabit in igne, & planta eius non comburentur?) & exemplo docet, qui & dilectus a Deo insigniter, & sapientia tanta ditatus, & senex

2. Reg. 6.

3. Reg. 11.

iam

SALVTE. LIBER IV.

iam succubuit vietus, omnemque illam celebratorem suum cuius maculae labo feedauit. Scriptis quidam beatus Pater, pudorem diuinutus datum esse mulierine, si decellet, non fieret salta otiosis caro. Apud barbaras feminas pudor tam deeft, ut nihil hac parte a pecude differt: imo vero cum pecudes pudore non superent, libidine superant. Quis igitur ex tanto incendio fospes exhibet, nisi quem gratia diuina protexerit, & quotidiana carnis mortificatio vallauerit? Est alia quoque tentatio grandis, cui sine magna animi constantia resisti non potest, dominatum exercendi in Indos, quorum naturalis atque visitata subiectio, & nulla ad resistendum audacia, animos facile tollit rectori, ut quicquid collibeat, sine cunctatione ad rem conferendum putet. Sunt enim qui dominantur fidei suorum, qui cum auferitate imperant, & fas omne ac nefas pro suo arbitrio statuant, verè ab Apostolo descripti operarij, qui deuotant, qui accipiunt, qui extolluntur, qui in faciem cedunt, qui Deo non seruiunt, sed suo ventri. Qui ita tenere primatum amant, ut non recipiant quovis alios, quomvis vita probata, & doctrina lana, & in opere Dei exercitatos. Inde fastus quidam insolens: **Quod** si quis frater verbum exhortacionis habeat ad plebem, ingrati profus accipere, iniuidiam concitare, nihil iuris aliis facere. Neque ignoro esse complures, qui coadiutores in Dei opere non solum accipient, sed vehementer etiam efflagitant. Inde quoque cupiditatis habent laxissime cum campus late patens occurrit, vbi quicquid quaestus exerceri velit, nemo sit contradictrus, opera prompta Indorum ad quidvis. Si sclera

Ioanob
Clyma-
sus.

2. Ch.

11.

Rom. 16:

V , mai

310 DE PROCVRANDA INDOVRVM
maiorum dissimulare perget, argenti quidvis cor-
radet, si mulctare pecunia, si seruitia imperare, ob-
sequia omnia parata. Denique absoluti cuius-
dam imperij & auaritiae tam est effusa materia, vt
nisi quis temperatissimo animo sit, virtute iam
confirmata, in transuersum breui agi possit.

C A P V T X V .

Contra abusus Indicorum Parochorum.

Ræclarè verò ageretur cum rebus Indorum,
si Sacerdotum ea falem modestia esset, vt vi-
tiorum occasionibus humani oppugnatentur, ac
non quererent etiam ipsi de industria vita foli-
tioris licentiam accenserent vlrò sua dama, po-
nentes sponzionem cum morte, & tot & tam
magna mala pacem existimantes. Neque enim la-
queos diaboli effigunt, feminas consortio suo
& vita vrbis adhibentes. Quod si à vestimento
tinea, & à muliere iniquitas viri procedit, quæ po-
test esse castitatis tanta custodia, quæ hostem per-
petuo insidiantem, domos, lare, & individua con-
fiteudine accipiat? Aliut sibi nec cibos coquere
nec catena seruitia parate debere, ad hos vls feminas
necessariò adhibendas esse. Quasi verò, &
viri ita præstare non possint, Indi præfertim ad
omnia obsequia promptissimi. Aut si feminarum
omnino munditas cupiunt, non possint anus, quæ
neque ignem neque fumum, vt dicunt, pariant,
teperit. Nescio an alia in re maiore cura labora-
rum

SALVTE LIBER IV.

num sit ab antiquis Patribus, vix plures aut scue-
riores canones legas, quæ vbi id agitur, ne cum
feminis habitent clerici. In Concilio magno
Niceno quam grauter de subintroductis mulie-
ribus clericis vitandi cautum sit, nemo non no-
uit. Omnes prouinciales Synodi plene sunt. Pa-
trum decreta vehementer clamant, vnsusque Hiero-
nimum satis esse potest vsque ad inuidiam hoc
loco decertans: Hospitium tuum*, inquis, scri-
bens ad Nepotianum clericum, aut raro, aut nun-
quam mulierum pedes terant, quia non potest
cum Deo habitare, qui feminarum acceſſibus
copulatur. Femina conscientiam secum pariter
habitantis exurit, nunquam de mulierum formis
disputes, feminæ nomen tuum nesciant, & cœ-
tera. Nulla profecto excusatio hinc admitti po-
test, vbi si minus conscientia, fama falem sua
consulere debet parochus. Negotiationem verò
Sacerdotes exercere, atque vltas insuper quæ-
re, omnium Conciliorum, atque Pontificum, Leo-
nis præfertim vocibus interdicendum est, & Pauli
ipſius, vel potius Domini, quod scirent omnium
malorum rajicem esse cupiditatem, & secularia
negoria militiam Dei plurimum impedit. Hic
ego quid commoneo exquisitas mammonæ
artes, emptiones, distractionesque rerum, pacta
& conuentu secreto inita, argentum ad negotian-
dum institutoribus datum, vt cum scenore redeat,
quod plerisque merito nullum reddit, & sorte
quoque exclusi, & actione qui se se coram fidei
declinat, qui imposturam facere clero indulgen-
tiam

V 4 iam

Cone. Liber. cap. 19. & 20. dist. 88. per niam, & lib. 3. decretis. ultimus.

Dist. 12.
c. Introd.
xii. Cene,
Aquis-
gran. e,
39. Luo-
tius Pa-
pa in sp.
ad Epि-
scopas
Gallie &
Hispan.
Concil.
Turon.
c. 7. Ing.
lib. 38.
cresc. 32.
cohabita-
tione cle-
rcorum,
& mu-
lierum,
Hieros.
ad Nepo-
tian. ad
Rufi. ad
Panopli,
& ad
Oceanum
Gratian.
sub uno
textu cō-
iungit d.
32. c. Hor-
spitolum.
14. q. 4.
Qroniam
multis.
Leo ep. 1.
c. 3. & q.
ultimus.

312 DE PROCVRANDA INDORVM
tiam putant? Iam vero aurum cum argento permutations ipsiusque argenti probati, & puto cum imputo, industria tempora obseruantem, & fideliū oblationes vendentem, cum Patronis mutua sub certa lege, & mille alias auaritiae fraudes recensere longissimum est. Itaque illae potissimum Paræcia Indorum appetuntur, & magno saepe ambitu, & pretio obtinentur, quæ licet prouuentus habent forasie minores, negotiandi tamen commoditates vberiores prabent. A Sacerdote vique ad Prophætam omnes auaritiae student, et fermo diuinus. En Indici Sacerdotij Chribdis, & Syrtes, ad hos scopulos miseranda, & quotidiana naufragia. Quid vero de aleatoribus? Et hos grauissime dabant Canones, sed frusta, quantum video, ad nos. Ponitur mensa fortuna, dies nocteque alea iactur, collufores, ut cadauer vultures, vndique accurrunt, si morantur, etiam acceruntur. Popularre est in Sacerdotis domo ludendum. Integri anni stipendia vno saepe iactu raduntur. Falsidia plerique solitudinis & otii obtundunt, qui ægroti confessionem, aut rudis catechumeni instructionem, si quartam horæ partem excedat, molestat, & prolixam accusant. Informes nocte, multo iam die sacra peragunt, idque cursum, ut mirum sit eos pietas charrulas pro sacrâ paginis non referre. Non inuehor equidem, neque maledicendi animo ista depromo. Sed cogor vicem nostram dolere, qui fabula, & ludibrium facti fumus vicini nostri. Alij vero venationes, aut aequalia exercere honestissimum dicunt, plus saepe in venaticis canibus infumentes, quam pauperibus erogantes præceptia ad obequitandum plena, accipitres

Hier. 5.
In 6. Syn.
Gener.
c. 50.
diff. 3 5 c.
Episco-
pus.
Efac. 65.

SALVTE. LIBER IV. 313

pirtes magno studio alere, greges Indorum post se trahere, montium juga frequentius terere quam Ecclesiæ limina. Adiuvtus has ineptias multa quoque sancta in Concilis Patrum, Gallicanis praescerim. Sed collapsa est iampridem disciplina Ecclesiastica omnis, idem, & sacerdotes, & præfules, & monachi actitamus. Reprehendi iam illa non possunt, que communia sunt omnibus. Itaque is cui pastoralis Indorum cura committitur, non solum contra Diabolî machinas, & naturæ incentiuæ pugnare debet, sed iam etiam confirmare hominum confuetudini, & tempore, & turba præpotentiæ se obijcere, & ad excipiendæ inuidiorum, ac malevolentorum tela forte peccatum opponere, qui si quid à profano suo instituto abhorretem videnter proditorum, hypocritam, hostem clamat. Hec ergo, que breuter attigi, & in aliis curare, cum eorum forte confessiones audierit, & in se cauere bonus Christi minister deber, quod vt pro dignitate præflet, quâta opus sit gratia Dei, quanta vita obleruantia, ipse perpendat. Adiutoria deniq; ad calcem sancti Ilidori sententiam de sacerdotijs sanctitate, ut hunc rotum locum amplius de Parechi vita integritate concludam. Sed quid plura subiiciamus, inquit? Si enim is, qui in presbyterio, vel episcopatu positus morale aliquod peccatum admiscerit, retrahitur: quanto magis ante ordinationem, si peccator inuentus est, cauendum est, ne ordinetur. Quapropter quia lex peccatores à sacerdotio remouet, consideret se vnuquisque, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahatur ab hoc nō tam honore, quam onere. Quid enim crudendi, atque instruendi de virtute populis præcerit,

In Synodo
Francie
en., &
Sancio-
neni,
Op. Turi.
cap. 8. Op.
groufus-
liens. c. 6.
De cleri-
co venia-
tore, cap.
Episco-
pum, ex
Cone.
Aure-
lianensi.

Etymo.
lib. 7. c. 6.

914 DE PROCVRANDA INDORVM
præteris; necesse est, ut in omnibus sanctus sit, &
in nullo reprehensibilis habeatur.

C A P V T XVI.

De Orationis præsidio Euangelizanti necessario.

Qualem oporteat esse ministrum salutis Indo-
rum, dictum est haec tenus, dicendum dein-
ceps, quibus præsidii hanc, quam expetit, In-
dorum salutem confequetur. Mihi ad tantam rem
efficiendam quinque omnino necessaria videri so-
lent; ut vir Euangelicus oratione Deum sibi con-
ciliat. Exemplo homines moueat, beneficentia
allicit, Catechismo instruat, sacramentis sanctifi-
cer, quæ sanè sigillatum Parochos, pastorisque
Indorum, quoties res incidit mihi horum con-
scientias tractanti, rogar solco, quantum memi-
ni, & commendare diligenter. De quibus etiam
vberius modo differendum puto. Igitur vniuer-
sa sacerdotalis curæ, negotiisque gerendi caput
orationem esse non dubito, modo ea feruens,
assidueque fit. Et si enim omni negotio spirituali
inchoando, & proseguendo orationis præsidia
prima precipua sunt, authore Dionysio, vel po-
tius Christo, qui semper orare moneret, neque un-
quam desiceret, tamen ubi de conuersione anima-
rum agitur multo maxime, quod gratiae res tota-
sit, quæ imperati precibus potest, meritis præ-
niti non potest. Quod si non de quavis conuer-
De diuin.
Nom. c. 3.
Lnc. 18.
fione

SALVTE LIBER IV. 315
fione res est, sed de prima, de maxima, de difficil-
lima, quando vocatur infidelis ad Fidem, quando
non affectum solum, sed ipsum quoque sensum
iubetur exuere, & se se penitus abnegare, ut in ob-
sequium Christi captiuo intellectu eat, tam est
profecto orationis singulare præsidium, ut qui ce-
tera omnia adhibeat, hanc si omittat, nihil actuus
sit in hasta & clypeo vienienti, non in Domino fi-
duciam habens. Neque enim in gladio suo posse-
derunt terram, & brachium corum non saluauit
eos, sed dextera tua Domini, & illuminatio vul-
tu tui, quia complacuisti in eis. Plus longè, sine
ulla dubitatione, Paulus orationibus egit, quam
concionibus, plus lachrymis, & gemitibus, quam
exhortationibus. Idemque Petrus, & Ioannes,
ceterique militi Christiana duces. Orationi Ste-
phanii Saulum donatum vult Martyr Cyrianius,
sicut Monica matris lacrymis regenerationem
suum magis acceptam fert Augustinus, quam
Ambrosij concionibus. Quamobrem ante om-
inem diuinum verbi tractationem orandum arden-
ter monet idem beatus Pater, Deoque dicendum
ex animo, In manu tua Domine sumus & nos, &
sermones nostri. Idecirco pro infidelibus tam dili-
genter sancta patre orar Ecclesia, ut iidem Cy-
rianius, Augustinusque notarint, quod eos tene-
bris suis profundissimè immeritos lucem diuinam
aspicere minimè licet, nisi sol iustitia sedentibus
in regione umbra mortis clementer illuxerit. Ego
P. Franciscum Xauier, tot millia hominum Chri-
sto peperisse facundia non puto, qui etiam in ma-
temo suo sermone non admodum eloquens per-
hibetur à nostris, ne dum in aliena lingua barba-
Surm. de
bono. Pas-
torem.
Lib. Conf.
lib. 4. de
Doctrina
Chri. 15.
G. 10.
Cap. 7.
rica

316 DE PROCVRANDA INDORVM
rica verba vix frangens potius quam proferens;
sed feruentilimè, eccl̄e precibus, ardentibus la-
chrymis, gemisibus, suspiriisq; ex imo ducib; , in
quibus totus erat noctes integras pernigil, quibus
multo fortius, & continentius Deum pulsabat,
quam homines vla dicendi vi. Arque in hoc ipso
Regno nouimus, qui simplici quidem sermone &
imperito, sed spiritu Dei feruens plus in conser-
vacione Indorum efficerit, quam multi præclarū lo-
cutores. Immensus est antiquæ etatis exempla
narrare. Vnus Paulus Apostolus pro omnibus esse
potest, cuius in orando incredibile stadium pro
verbi victoriis nullus hominum fide dignum puta-
ret, nisi Spiritu sancto teste eum mentiri non posse
cognosceret. Euolue ex ordine illius omnes epistles.

Rom. 1.

1. Cor. 1.

Ephes. 3.

Phil. 1.

Coloff. 1.

1. Thes. 1.

2. Tim. 1.

Phil. 1.

rica verba vix frangens potius quam proferens;
sed feruentilimè, eccl̄e precibus, ardentibus la-
chrymis, gemisibus, suspiriisq; ex imo ducib; , in
quibus totus erat noctes integras pernigil, quibus
multo fortius, & continentius Deum pulsabat,
quam homines vla dicendi vi. Arque in hoc ipso
Regno nouimus, qui simplici quidem sermone &
imperito, sed spiritu Dei feruens plus in conser-
vacione Indorum efficerit, quam multi præclarū lo-
cutores. Immensus est antiquæ etatis exempla
narrare. Vnus Paulus Apostolus pro omnibus esse
potest, cuius in orando incredibile stadium pro
verbi victoriis nullus hominum fide dignum puta-
ret, nisi Spiritu sancto teste eum mentiri non posse
cognosceret. Euolue ex ordine illius omnes epistles.

SALVTE LIBER IV.

517
gnitudinem, & sublimitatem stilo pene oratorio
magis quam epistolari vnu, ad Romanos scribens,

Rom. 10.

an memoria excidisset sibi, facti indicat, cum tristitia
tiam sibi magnam doloremque continuum referr,

adeo ut separati à Christo quodammodo pro illis
cuperet, pro quibus dicit quantum obstinatis &

Rom. 10.

duris obsecrationem tamen à se fieri salutis causa.
Galatas, ut ne hos quidem praetermitramus, quam

quam actiore oratione vtendum ratus pro necessaria
obiurgatione, suauitatem illam orationum

pre mendacem extinximari, tamen quantum orationibus
adiuuarerit, quibus lachrymis prosequeretur,

non solum inde discimus, quod solitudinem suam
alibi omnium Ecclesiarum perhibet, verum etiam

1. Cor. 11.

quod materno quadam affectu flebiliter conuenit
hos, Filiali mei, quos iterum parturio, donec
formetur Christus in vobis. Omnino stupore di-
gnum fidemque omnem propemodum supertas,

tot Ecclesiarum, tot domorum, tot hominum memoriā
perpetram in uno Paulo haecere, quos semper,

quos sine intermissione, quos in cunctis orationibus
etiam iurisurandi religione interposita

sibi scribit esse praesentes. Ego Pauli charitatem à
Christo deriuatam, qui omnes, cum oraret, nominarim recordaretur electos, eo modo intelligo,

quo immensus pelagus in suum aliquā magnum
influit, atque hac orandi diligētia, quod tanta per-

Aet. 27.

eget, defino pene mirari, qui meminerim orationi nihil esse difficile. Itaque ut ducentarum se-

pruaginta sex animarum vita mortalis donata est
Paulo precanti, ita immortabilium vita animi

eterna. Quid Petrus, cuius tantus ardor exitit,
ut etiam post obitum suum frequenter suos apud

2. Petr. 1.

se

se habicurum pollicetur. Ac certè verum esse mīhi persuadeo, quod D. Chrysoſtomus ſcripsit, paſtores Eccleſie ſolere prius atque ſtudiosius fluorū in oratione meminile, quam uui. De Polycarpo Ioānis diſcipulo Eusebius narrat, cum à lictoribus quereretur, martyriumque ſuum adeſe cerneret, impetrato orandi ſpatio duas horas in commemorandis Christi fidelibus nominariam ſibi commiſſis exegiſe, ſui fortaleſe mentione vix habita. Tanta erat in ſuis charitas prieſtorum illorum Pa- trum, tantus ardo rorandi. Et eft proſrus verum,

Eccles. hift. lib. 4. cap. 15. Epif. 97. quod ad Auguſtinum beatus Innocentius ſcripsit, plus nos proficere alternis, & communib⁹ orationibus, quam ſingularibus, & priuatib⁹. Poſtremo qui in vocatione gentium laborat, meminerit ſe Apoſtolorum fungi officio, qui alia omnia demandantes, duo tantum ſibi ſumpuerunt, ut orationi & ministerio verbi inſtantes eſſent. His duabus funētionib⁹ oratione ad Deum & oratione ad homines Apoſtolica cura definita eſt, quas ſi quis ſciungat, ac diſtrahat, tam fieri nequit, vt optatam fratum ſalutem acquirat, quam ſi longum pelagus enauigare contendens, vel nulla vela fuſpendat, vel plenis velis nauim ſtatione non foluar. Qui velit igitur in Indicana vinea fructuofe operari, orandi ſtudium nunquam ſibi intermitendum perſuadeat, ſe iſipſum verò iuge ſacrificium offerens, lachrimis, ſteribus, ieiunijs, vigilijs que crebri, atque omni corporuſculi maceratione Deum ſibi propitiū reddat, vt Euangeliū creſcat, atque fructuſcet in vniuerso mundo. Opinor ſane in illo genere dæmoniorum multa veritati in ter Indos, quæ non niſi ieiunijs, & orationibus ej- ci- ciantr.

A.R. 6.

Marc. 9.

ciantur. Inter omnia verò venerabilis illa agnī im- maculati vičima principem locum tenet, quam Patri quoridic immolet tota mentis affectu, ple- naque fiducia, ſidentiſſime poſtulās, vt eos, ad quos legatione fungitur, filii ſui cohæredes & concor- porales eſſe dignetur, pro quibus ille ſanguis effuſus eſt. Ficti non potest, vt tali oblatione tam bene munire prieceſ ab eo, qui diues eſt in miſericordia & propter nimiam charitatem ſuam, cum & iſpi eſſemus mortui, conuiūſicauit nos Chri- sto, reuelam ferant.

Ephes. 4.

CART XVII.

De vita exemplio.

EX frequenti cum Deo conſuetudine, vita quoque diuinæ gultus quidam efficiunt, & quamvis ſobrii alij eſſe pergaunt, qui alioqui mente excedunt Deo, & illius cellaris ſape in- terfunt, non poſsum tamen non ebrietatis illius, atque dulcediniſ abundantiam eructare, Deum que redolere. Et quicquid Moyses caput obue- let, ne fulgoris magnitudine plebis oculos per- ſingat, tamen ex conſortio Dei ita eum immu- tatum redire necesse eſt, vt ne ipſe quidem ſe agnoscatur, ignoranteque faciem ſibi alteram, poſt- quam diuinō colloquio potitus eſt. Itaque ora- tionis praefidio non ſolum alij Dei gratia im- petratur, pro quibus orat, ſed ipſe quoque no- uo igne ſuccenditur, vt vitam caelestem, Deo- que

*2. Cor. 5.**Pſalm. 144.**Exod. 34.**Cant. 5.*

320 DE PROCVRANDA INDOVRVM
que dignam instituat. Vite vero conspicuam pu-
ritatem in Fidei praeceptore apud Indos summo-
perc necessariam esse vt docendo proficiat , &
aliis saepe iam diximus , & et sepius adhuc re-
petendum , cum nulla alia maior , & certior spes
sit salutis Indorū incorrupto boni pastoris exem-
plo , contra nulla validior pessis stulti pastoris
pesimmo exemplo , quem pulchre sermo pro-

Zach. 11. propheticus idolum portius pastoris appellat. Agat
ergo secundū minister Christi , vt Christum , vi-
ta ipsa testetur , vt cognoscant omnes illius dis-
cipulum , cuius doctrina gloriatur. Dicat à
Christo mansuetudinem , dicat humilitatem ,
dicat perfectam illam , & maximam charita-
tem , vt vitam etiam pro ouibus promptè expen-
dat. Meminerit operibus bonis ita lucere con-
ram hominibus , vt videntes glorificant Patrem
qui in cœlis est. Hoc esse omnium ad persuadendū
potentissimum miraculum certò sciat , quod
cum ex tot tantisque illius primevæ Ecclesiæ re-
liquit sit , indefesso studio confernare debemus.

1. Pet. 5. Petrus quidam à Domino pastor Ecclesiæ uni-
uersitatis constitutus pastores admonet , obsecratque ,
vt se formam gregi ex animo exhibeant , quod in
majorum exempla intueri subdit soleant , atque
inde informare naturaliter mores. Quare fidenter

2. Cor. 11. Paulus provocabat suos ad se intuendum , Imitatores
mei estote , sicut & ego Christi , & alibi , Ob-
secrante eos , qui ita ambulant , sicut habetis formam
nostram. At quibus in rebus formam se præbere vi-

3. Pet. 8. tute ministri Christi maximè debet? Petrus fāmē fa-
ustum , & importunam dominandi arrogantiā ,
tum cupiditatis omnis suspicionem valde
exagitata.

SALVTE LIBER IV.

321
exagitat. Neque dominantes inquit , in clero , ne-
que curpis lucrī graria. Paulus vero talem se ipse
commemorat apud Thessalonicenses. Neque ali-
quando fuimus in sermone adulatioñis sicut sci-
tis , neque in occasione avaritiae. Deus testis est , ne-
que querentes ab hominibus gloriam , neq; à vo-
bis , neque ab aliis , cum possemus vobis oneri esse
vt Christi Apostoli , sed facti sumus parvuli in me-
dio vestrum , tanquam si nutrix foueat filios suos ,
ita desiderantes vos cupide volebamus vobis tra-
dere non solum Euangelium , sed etiam animas
nostras , quoniam charitissimi nobis facti esitis.
Quid non isto animo Paulus efficaret? Cuius vel
ferruum peccatum hac tanta dulcedine non molli-
ret? Quem facili etiam sapientem , etiam rerum
mortali amatorem non viaceret , fleceretque
tanta illa integratate , tam mirabiliter rerum omnium
contemptu? Verum præter hunc , & sui & rerum
omnium contemptum , & inflammatum in fratres
charitatem , castitatis exemplum peculiariter Ti-
motio praescribit. Exemplum , inquit , esto fide-
lium in verbo , in conuerteratione , in charitate , in fi-
de , in castitate. Titum quoque codem modo ad-
monet , In omnibus te ipsum præbe exemplum
bonorum operum , in doctrina , in integritate , in
gratitatem. Non solum castitatem omnibus notam
esse iubet , sed integratatem quoque , & grauita-
tem , vt nihil leuitatis in eo notari queat , non oculi
liberior , non vultus fracter , non verbum pe-
tulantius , nihil lascivium , nihil impudici cordis
studium redolens extet , sed aspectus ipse , incensus ,
colloquia omnia plena iucundæ cuiusdam graui-
tatis. Illud sensis Hictonymi obseruat. Quicquid

1. Theſſ. 2.

1. Tim. 2. 1.

Tit. 2.

322 DE PROCVRANDA INDORYM

In epist.
ad Nepo-
tianum.

In 1. ad
Tim. ho-
mo.

1. Cor. 4.

de te probabiliter fingi potest , ne fingatur , ante deuita. Denique in his duobus , continentia inquam , & pecunia: contempru etiam opinionem hominum capre. Multa quidem alia Apostolis criminia obiecta ab aduersarij fidei Chrysostomus dicit , ceterum cupiditatis , aut impudicitie etiam ab inimicis , & mendacibus nunquam fuisse incusatos , quod in his omnes , vellent nollent , testimonium veritati dare cogerentur. Id quod in Christo Rege nostro aduertere est , cum tamen inuidiosissime , & iniquissime oppugnaretur , ac profundetur ab impijs. Mishi ad hos Indos proficilenti fa- piente quidam noster suggesgit frater in Orientali India diutissime ipse veritus , non solum veritatem in hac parte , sed etiam opinionem studiosè esse querendam , vt te (sic enim me ille alloquebat) hypocritam agere interdum minimè peniteat . Ut enim virginis fama , sic sacerdotale de- cus sinistra suspitione facile violatur. Ita ergo sele comparet minister Euangeli , vt omni momento spectaculum se qsc Dco , & Angelis , & hominibus cogitet.

C A P V T XVIII.

De Beneficentia.

Beneficentiam tertio loco numerabamus. Quamvis autem ipsa verbi Dei impartitio be- neficentia sit praeclarissima , neque tam stulti si- mus , vt panem quo venter elusientis impletur in clemo-

S A L V T E . L I B E R IV.

323

eleemosynæ generæ preferamus Dei verbo , quo- mens discentis instruitur , vt Augustinus admo- nuit: tamen eam modo beneficentiam propriè no- mino , qua fratrum saluti fortunisque consulimus.

De Cat.
rnd.c.14.

Hanc in omni Reatore aduersus subditos magnopere necessariam eleganter Gregorius ostendit.

2. lib.
Paf. c.7.

Egentis , inquit , mentem doctrinæ sermo non pe- netrat , si hunc apud eius animum manus misericordiæ non commendat. Tunc autem verbi ser- men facilè germinat , quando hoc in audiens pe- ñore pietas prædicantis rigat. Nam quasi iure vt diximus , à percipienda prædicatione gregis ani- mus frangitur , si cura exterioris subsidij à pastore negligatur. De hac externorum bonorum com-

municatione , & prouidentia Petri Apostoli vo- cem illam accipiendo dicit , Palcite , qui in vobis

1. Pet. 5.

est gregem prouidentes non coacte , sed spontaneè secundum Deum. Huc quoque illud adiungit , Si quis suorum maximè domesticorum curam non habet , fidem negauit , & est infideli deterior. Et certè hunc fuisse ab Apostolis traditum morem longa ætate retentum , vt Ecclesia pastores de Ec- cleſia bonis , deque suis iporum egentibus omni- bus opportuna suppeditant notius est , quam vt Conciliorum decreta innumerabilia , & Ecclesi- stica gesta referre opus sit. Hanc ob cauam Dia-

1. Tim. 5.

conos inter alia creatos ab Apostolis constar , vt mensis pauperum ministrarent , adeoque Agape illa culta est tunc , quæ postea paulatim clanguit , & quasi vestigij tantum conseruata est , vt nullus

Aff. 6.

inter eos egens esse sineretur. Hac prouidentia Ecclesiastica , paternaque misericordia in paupe- tes plene sunt literæ Sanctorum , Ambroſij preler-

X 2 tim,

324 DE PROCVRANDA INDORVM

rim; atque Chrysostomi, quam eo processisse sci-
 mus, vt nonnulli Pontifices sua omnia distrahe-
 rent, quidam sacerdotibus suis pauperes alerent. Pauli-
 nus Nolanus Episcopus, vt magni scriptores si-
 deque digni referunt, eipsum quoque vendendum
 tradidit, feruturisque sua pretio inusitata miseri-
 cordia alterius calamitati succurrir. Logum est, &
 minimè necessarium antiquorum patrum vel facta
 narrare, vel decreta relegere, qui cosidè vol uerunt,
 & verbi Dei ad pacem animas esse ministros, &
 bonorum ad seruanda corpora distributores. Qua-
 re etiam OEconomos Christi vocandois confue-
 runt. Re autem vera si nihil in hac parte nos ad-
 iuuerat antiquitas, tamen ipsa res moreque Indo-
 rum satis hoc tempore studiois Dei ministros
 admonerent excitarente que vt si fructum spiritua-
 lem verbi cupiant, beneficentiam nullo modo sibi
 perire patiantur. Nam si luxa animatum sitimus,
 nulla magis compendiaria via beneficentia. Bene-
 ficentia animos facile expugnat, atque devincit,
 quicquid vult copiosè perorat, atq; persuadet. Nā
 vt in superiorib; libris dixisse me opinor, ideo
 Christi Apostolorumque signa, tam ad Fidem
 astrictandam suè potentia, quod omnia penè vi-
 litati hominum impenderentur. Inde facile, ac li-
 benter conciliati animi hominum salutis consilia
 ab optimè de se meritis hauebant. Mortuos, in-
 quirat, suscitate, leprosos mundate, infirmos curate,
 demones ejicite, & ad cumulum omnium, gratis
 acceptissimis gratis date. Hoc extrellum si sinceritate
 Euangelio digna in Dei preconibus gentes
 cernerent, quamvis barbaræ, quamvis fera, breui
 profecto mansuerent, omnique illa feritate de-
 posita

LXXX.

SALVTE LIBER IV.

posita lenissimo Christi jugo, vix colla summi-
 terent. Et canes & pisces, & ipsi immanes leonis
 beneficia sentiunt, & ea gratitudinis sua argu-
 menta historicis conscribenda dederunt, que ho-
 mines nisi flecant, faxeos mōstrant. Falsa prorsus,
 & improba lentitia multorum est, Indos nihil
 beneficia sentire, humanitate non tangi, gratitudi-
 nis ne vestigium quidem ostendere, quo in eos
 clementior beneficentiorque sis, eo deteriores red-
 di. Sed quamvis nonnulla ex parte de barbaro-
 rum feruili ingenuo, & minimè ingenuo, ita exi-
 stimare proclive est; tamen quod ad cohibenda
 humanitas, & beneficentia in eos officia attinet,
 non satis vigilanter ista dicuntur. Namque apud
 eos, quibus se non satis Indi committunt, quorum
 fidem suspeçant habent, tenet fanè vulgaris ita
 opinio locum. Libenter enim beneficium acci-
 piunt, breui obliuiscuntur acceptum, raro, aut
 nunquam gratiam referunt. Causa est naturæ
 ipsorum imbecillitas, & timidas. Ut enim canis
 alienus nec mēsc tue affiefactus objectam offam,
 aut frustum rapit, atque ira abit, si plura non videt:
 at mēsc herili affuetus adeat alter, herumque iam
 sibi notum sequitur: ita profecto barbari natura
 alieni à confortio, & humanitate non se credunt
 tibi etiam beneficiant, timentque adhuc potius
 quām amant. At si longo vsu didicerint te sibi be-
 nevolum verè, profecto & grati sunt, & se iplos
 etiam dedunt. Dicant sane Hispani, qui Ianaco-
 nas experti sunt, an si genus hominum obsequen-
 tius, heroique suo deuotius? Dicant Patroni Indo-
 rum, an si sacerdotem sibi beneficium, & commo-
 dyn experti sunt, non excedentem deplorent, ac

1. Indos
 domi-
 sive, siue
 familia-
 res.

X requi

326 DE PROCVRANDA INDORVM
requirant, apud patronos præfuleisque etiam con-
testentur eo Patre nullum sibi esse chariotem. Di-
cant sacerdotes ipsi, qui in eos fuere liberaliores,
an non sentiant ad quævis obsequia promptos, an
non Dei verbum videant eos libertus suscipere,
& animum ad nostra germanè accommodare?
Nos certè ipsi exiguum quiddam beneficij imper-
titi, tamen excedentes, & lachrymas illorum vi-
debamus, & clamores exaudiebamus, & quosdam
longo itinere nos consecantes vel inuiti retine-
bamus. Quod si illam nostrorum hominum urba-
nitatem, verborumque elegantiam, arqué animi
grati significationem officiosam, quie' in Indis mi-
nus inueniunt, apud ingratos frustra beneficia
collocari iactant, falso sanè in barbarica
confititudine mores cultiores quartant, quos ne
apud rusticos quidem suos Hispani reperiunt.
Quod si constantem estimationem benemerito-
rum librantem omnia iustissima lance desiderant,
nimium istud est in ijs præsertim, qui nos longè
sibi diutiores, quam humaniores experti sunt.
Sed est tamen sensus beneficiorum apud Indos,
qui ne feris quidem dceſt, saltem vt commodita-
tes suas cogitantes eos libenter audiant, quos de
se benemeritos vident. Benemerendo igitur mul-
tum ad conciliandas aures animosque Euange-
lio proficitur. Quod si nihil aliud, certè Christia-
ni nominis honor nos maximè mouere deberet,
vt intelligant Indorum gentes non omnes Chri-
stianos esse auaros, quaestuarios, alienorum ex-
pilatores, quod in plerisque viderunt: sed esse
etiam humanos, beneficos, liberales, qui se non
sua quartant. Illos à Christo esse alienissimos,
hos

SALVTE. LIBER IV.

327
hos Christi, & verba, & exempla scđari, verè
enim glorificant Deum, Christumque magni fa-
ciunt, cum tales eius ministros vident. Nam illa,
qua de regno celorum commemorantur à nobis
de quæ præsentium rerum contemptu, vel non ca-
piunt, vel non facilè sibi persuadent; cum sermo
factis eueritur. Ingens Heliæ laus quod exter-
num Naamanum lepra mundans argentum au-
tumque respicit: graue Giezi facinus, qui Pro-
pheta Dominique lui puritatem, & splendorem,
argento eius nomine fallo postulato offuscavit.
Itaque perpetua lepra multatus etiam posteros
nequitie sua testes reliquit. Id nunc sit à plerisque,
qui Christi se seruos profitentur, & quam corum
Dominus pecuniam repudiant beneficio libera-
lisimè collocato, hanc isti repertunt illius nomi-
ne, sed lepra impleti infidelitatis sua penas iutif-
fimas dant. Infidelitatem qui in alijs curant, infi-
deles ipsi, cunctaque tota posteritas. Ergo opere-
mur bonum ad omnes, maxime autem ad domes-
ticos fidei, neque pigrat Euangelicum ministrum
ægrotum visitare, xenio aliquo recreare, familiare-
cum cibario saltame pane palcare, nudum operire,
pauperem, cui non est adiutor, à diuitiis ca-
lumniis, & potentia exipere, pro afflictis principi-
pem magistratumque conueniare, celibes matri-
monio honeste quæsito collocare, rem familiarem
consilio augere, morientibus fedulò & benignè
affare, sepulturam curare, eos, qui quæxuntur ad
mortem, cripare, lites & dissidia componere: omni
denique officij genere cumulate prosequi, siquidem
certissimè sciat Christo Christianæque reli-
gioni honorem maximum ad spiritualem frattum

Gal. 6.
Ecli. 7.

528 DE PROCVRANDA INDORVM
salutem viam apertam, sibi præmium copiosum
parati, si verum illud est, quod veritas dixit, Quod
Matt. 15. minimis istis fecistis, mihi fecistis.

CAPVT XIX.

De correptione & disciplina.

1. Thes. 5. CVM verò Christianæ dilectionis sit non mo-
do consolari pusillanimes, sed etiam corrige-
re inquietos, hanc quoq[ue] beneficentie partem,
qua perperam admissi corrigendis insitit, mini-
mè sibi prætermittendam parochus exigitur de-
bet. Ac sicubi discipline seuerioris cura adhiben-
da est, ea profecto opus est maximè in natione Indorū,
quod & natura seruili, & moribus plerumque
puerilibus sint qui se se ita comparant, vt nisi
timoris stimulus excirentur, facile de via deflecatr,
aut pigri consultant. Rechè profutus Salomon scri-
Prov. 19. pīt, Virga & disciplina tribunt sapientiam, &
Prov. 12. alibi, Stultitia colligata est in corde pueri, sed virga
Prov. 19. disciplina fugabit eam, & rufus, Non emendabili-
tur verbis seruus durus. Seruus non potest verbis
erudi. Paulus quoque Apostolus non solum
1. Cor. 4. manu eruditini spiritum, sed virginem quoque pre-
fert interdum. Sed quomodo & quatenus castiga-
tione vtendum sit sacerdoti Dei, id certè queritur.
Plerique persutasi nisi per vim & metum nihil se
spid Indos proficeret, vñque ad plagas defle-
uiunt, neque verentur Deo sacratas manus, in
colaphos suorum vertere. Rem profutus inho-
nestam,

SALVTE LIBER IV. 529
nietam, & sacerdotali autoritate maximè indi-
gnam cum, qui partis nomen usurpet, qui Chri-
sti teneat locum, tam vilem carnificinam exerce-
te. Apostolus quidem inter cætera, qua in co-
qui Ecclesiastica familia præficiendus sit, requi-
rit, hoc etiam meminit, Ne sit percussor, sine vt
legit Ambrosius, verborat. Ac ne quis inter-
pretetur in subditos talia exercere licet peccan-
tes correptionis gratia, id quoque Canon Aposto-
lorum, cuius à Tarasio Patriarcha in septima Sy-
nodo mentio fit, differte prohibet. Cuius verba, vt
à Gratiano in decrecis referuntur, sunt hac, Episcopum aut Presbyterum, aut Diaconum percu-
tientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè
agentes, & per huiusmodi volenter timeri, dejici
ab officio suo præcipimus, quia nunquam nos
docuit hoc Dominus, sed econtrario ipse cum
percuteretur, non repercutiebat, cū patretur non
comminabatur. Quod si vniuersi Apostoli mini-
stros Dei ab eiusmodi violentijs abstineret volue-
rant, profecto nostrorum Sacerdotum percutien-
di ac seueri licentiam gratissimè accepturi
fuisserint, cum & se infestos & predicationem
suam odiosam reddant, quod ad magnam pertinet
Euangelij iacturam. Ferè enim Dominos magis,
quam Patres, & vltionem potius querentes suam,
quam ipsorum emendationem Indi arbitrantur.
Adde quod à cæteris Hispanis vexati, nisi Sacer-
dotum benignitate reuocentur, Christianum no-
men exhorrecent. Ipsi quoque parochi præter
insigne dedecus, quo ordinem suum afficiunt, vt
in Concilio Bracharense legimus, aliorumappa-
ritores effecti, etiam iracundia flammas excitant.

Tit. 1.

*7. Synod.
act. 3.*

*Dif. 45.
c. Episcop-
pum.*

*Dif. 45.
De cleri-
co per-
cap.*

330 DE PROCVRANDA INDO RVM
E. Si quis. vt & animo perturbati, & vultu ipso indecori
ex Coe. passim tumultuerunt. Quibus ex causis omnibus
Agathie. prouidenter in Concilio Limensi ab omni cæde,
Cap. 116. verberibus, detorsione comez, caterisque in Indos
designati solitis abstinere parochi iussi sunt, mul-
ctandi, si secus faciant, suorum praefulum arbitrio. Hic iam vociferantur plurimi sibi omnem
docendi, & emendandi suos facultatem eripi, Indos nisi Sacerdotem timeant, pro nihil illius mo-
nita habere, facile iussa contemnere, si impunè se
abituros intelligent, nihil boni sponte facturos,
quo liberalius cum ijs agitur, eo deteriores reddi.
Pueros esse moribus, & ingenio, puerorum more
tractandos, qui nisi præceptoris flagellum pra
oculis habeant, neque discere, neque patre sciant.
Vbi primum Indus intelligat nihil sibi a parocco
suo timendum, neque ad Misam venire diebus
feliis, neque ad doctrinam conuenire, neque con-
fessiones curare, Christianas omnia religionis officia
flocci facere, ebrietatem inuercundè lectari,
infanire in feminas, superstitionem cultumque
antiquum repetere, ariolos suos consulere, simu-
lacula adorare, omnem disciplinam, fidem denique
ipsam funditus perire. Hæc te & olim expertos, &
quotidie experiti certissime. Itaque Sacerdotum
manus qui à supplicio Indorum cohibent, nihil
aliud quam Indorum manus in nefas omne dis-
soluere. Quorum profectio non potest contemni
oratio, aut omnino conficta reputari. Quamvis
enim illi pulsando cædendoque excedant, tam
hi cum digna lepe vindicta admittunt, tum nisi
vindicetur, facile verba contemnunt. Indigene
ergo seueriore interdum disciplina, indigent pro-
sus

SALVTE LIBER IV. 331
sus. Horum vero criminis aut negligentiam spiri-
tuali gladio (quod est Ecclesiæ proprium) vi-
cisci minime expediat. Nam interdicta Ecclesia-
stica, excommunicationes ac censuras si pro
vindiicta iubantur excipere, facile paruipen-
dents quia harum vim neque vident neque agno-
cunt, & ad superstitionis sua tenebras facile sunt
redituti Ecclesiæ luce interdicti. Ut ergo belluas
castigare solemus plagas infligendo, que mul-
tum sensus ac doloris habeant, periculi mini-
mum, effectu reprehensione dignissimus, si quis
phrenetico aut insano correptionis gratia gla-
dium ingulo admoueret, aut mucronem pe-
ctori opponeret, ac non potius verberibus tuò
seuerit in furas aut scapulas, quod illic mentis
inops necem citius, quam correctionem admit-
teret, hic contra salutis causa dolor ipse fieret: ita
sanè in nouos Ecclesiæ parvulos minimè oportet
censuris agere, quarum discriumen sine emenda-
tione adirent, magisque corpore ac sensibiles
penas infligende sunt, quibus & laduntur nihil,
& multum omnino adiuuantur. Eam ob causam
sanctissimi Romani Pontifices cum Hispanos in-
terdicti aut excommunicationis causa teneret
obfrictos, peculiari priuilegio neophyti hos
minime comprehendendi voluerunt. Consequens er-
go est, vt corporalibus penis in officio barbari
continendi sint. Eas vero à Sacerdotiis irrogari
exclusum est supra. Quid igitur? Non paru-
occurred angustiae, cum hinc Sacerdotalis di-
gnitas, & paterna benevolentia necessario con-
seruanda, inde disciplina necessitas, ingenium-
que seruile concertent. Primum igitur, quod su-
periore

332 DE PROCVRANDA INDRVM
periore libro differebam , prætore ac iudice facili-
lari opus esse ad disciplinam Indorum , hic pro-
fessòr quam verum sit , dilucide patet . Horum
enim propriè intereat ista vindicare & plebare .
Hos igitur administrös esse Sacerdotum æquissi-
mum est , & quicquid durius defignandum erit
in noxiis , sacerduli potius manu intentari . Dein-
de quoniam & prætores omnibus populis adefic-
non possunt , & occurunt quotdie peccata le-
tuoria , quæ correptione quidem indigent , sed non
illa alspriori & iudicaria , vt cum ad rem facram
non venit , aut Catechismo absuit : tum etiam
sunt quædam , quæ à sacerdibus vindicari nullo
modo debent , quod illorum forum recusent , vt
cum Quadrageimali confessionem Indus ne-
glexit , cum impedimenta matrimonij non dixit
sciens , cùm religionis Christianæ ritum contem-
psit , cum aruspices & veneficos consuluit , &
multa talia , tunc sanè Ecclesiastico iudicio in
tales animaduerti oportebit . Ac mea quidem sen-
tentia taxatas iam ac definitas pena decreto pu-
blico esse oportenter talibus criminibus , quæ
sciret Indus sese certò subitum , cum illud aut
illud admitteret . Ficeret hoc modo vt plus timo-
ris poena iam proposta incuteret , tum minus
odij contraheret parochus executionis mandans ,
quod est lege decretum . Non enim tam ipse
tunc vindicare quam lex videretur , atque ita &
terrii esset supplicij interrogatio & minus infestus ,
qui imperaret . Quam ob causam in Synodo Pro-
vinciali penas esse taxatas certis criminibus credo ,
tametsi parum ex curantur , sed siuim potius
Parochus quilibet iudicium sequitur , aut etiam
iracundia

SALVTE LIBER IW. 333
iracundia legem . Postremò sive publico canone
sunt pœnae decretæ , sive priuata tentativa decer-
nuntur , illud modis omnibus obseruandum est ,
vt nihil parochus manu propria vindicet . Id enim
& odiosum est , & indignum , & valde periculoso-
sum . Iubat vero ipse quid factio opus sit : Appa-
ritor autem aut Fiscalis aut Lector aut Guataca-
marius iussa facessat .

C A P V T X X .

Quid obseruandum in correptione Indorum.

Q Va in re tria præcipienda sunt . Vnum vt
causas vindictæ exponat , & intelligent ipsi ,
qui corripuitur , mitius secum agi quam pro merito . Et ne tam iracundiam , quam disciplinam inter-
pretentur , non iracutæ & sauvia in suis , sed in
Dei offensis . Turpe enim est valde , vt si mox atque
Indum mulæ sua scenum ferre cessantem viderit ,
aut non promptè imperatos cibos afferentes , nimis
sauvia ; eundem mox & adulterum , & idololatram
sciens vir contingat . Hinc odia exardecunt in pa-
rochos , hinc omnis disciplina contemnitur . Ma-
gnopere ergo curandum est , vt castigatio discipli-
na causa adhibita , non vñtionis , aut iracundiae im-
petum præferat . Secunda præceptio est , vt con-
fessionis Sacramento , & exultationi diligenter
me confundatur . Ea enim sunt ignorantia isti , vt fa-
cile sibi persuadere possint , cùm ad confessiones
faciendas

334 DE PROCVRANDA INDORVM
faciendas accidunt, Patrem, quæ ex illis audiuit,
actriter poltea vindicaturum, ac propalaturum.
Itaque hoc timore correpti simul conscientia
sue vulnia non admodum curantes, facile fictas
ac mendosæ confessiones facient, rare veritatem
integre aperient Sacerdoti. Qui efi multum cul-
pandi in tanto sacrilegio forent, tamen quod ne-
gare non possumus, ex duritia & imprudentia
parochorum occasionem non exiguum tam ma-
gni sui exitij habent. Hoc ergo quod est om-
nium gravissimum, in Sacerdotial feueritate in-
commodum modis omnibus cauendum est. Ac
præstat omnino disciplina neruum tantisper de-
bilitari, & infangi, quam tam salutaris, tamque
necessari sacramenti existimationem prodi. Sed
potest virique rei consulere prudens charitas, si
confessionis forum longe diutius esse & verbis,
& re lèpe persuascat, si nihil in confessione au-
ditum, etiam aliqui cognitum plecat, vt magis
asylum quam proditionem confessionem esse
cognoscant, si blande illuc, & paternè gerat, si
instante confessionum tempore à feueritate absti-
neat, si se grauijuras penas daturum doceat ob-
tenuissimam auditæ culpæ reuelationem. Postre-
mò perspicendum est, vt supplicij modus is sit,
qui semper paternam & Ecclesiasticam clemen-
tiam redoleat. Argenti modica quædam mulcta,
coniectione diurna in compedem, plagæ aliquot in-
terdum infictæ, seuissimum omnium crinum
detorsio, quæ extrema ignominia apud Indos
loco est. Neque mirandum aut ab Ecclesiastico
instituto alienum existimandum, si id genus pœ-
nae adhibeantur, cum factis & antiquis canonibus

non

SALVTE. LIBER IV.

335
non raro verberum mentio fiat. Nihil enim quod Dif. 45.
ad continendos in officio homines valere potest,
c. Cum
Ecclesiastica cura à se alienum purat. Sed quic-
quid in hac tam magna questione præcipitur,
imbecille est, & ieiunum, nisi vñctio spiritus
accedit, qua doceat de omnibus. Magnus enim
est doctor Charitas, vt sanctus Chrysostomus ait.
Hac cum sincere & germane salutem suorum af-
fectat, doceat plenius & certius, & quando indul-
gendum, & quando vindicandum, & quomodo,
& quatenus. Huic vni recte ea omnis cura com-
mittitur, vt lucris facere fratrem cum minimo ip-
suis dispendio studeat.

Hsmil.
33. in
1.Cer.

C A P V T X X I .

D e Catechismo & Catechistæ tatio lenando.

D Einceps de catechizandi cura dicendum est,
quò catena, quæ dicta sunt, omnia penè re-
feruntur. Est autem ea pars, vt necessaria maxi-
mè, ita molesta & laboriosa summopere, si qua
opus est diligentia tractetur. Multa enim sunt quæ
fattidium faciant, multa quæ quamvis promptum,
& alacrum Catechistæ animum retardant arque
debilitent. Et re quidem vera detraccta illa que-
stus specie, quæ pleroque ad id oneris sustinen-
dum mouet, ac multò longius relegata dissolute
flagitiisque viuendi licentia, quæ non paucis
alicit, si modelte temperanturque viendum est,

1001

v

vt Euangelij ministrum decet , magnum est & perdifficil inter Indos velle versari , & in iis instituendis perdurare , propterea quod genus vitæ tum iniucundum , tum humile , tum verò molestiis plenum appetit . Sed hunc morbo ante omnia occurrentium est , & remedia querenda secundum Deum , quibus ea pestis depellatur ex animo . Solet autem cedium , & trifititia partim ex opere ipso catechizandi nasci , partim ex Indorum ingenio , & natura . Opus quidem ipsum rudes imbuendi molestum est , quod eadem saepe ac proponendum semper inculcanda sunt , tritaque illa valde , & clementia sermonum Dei , neque his ornatis ad perfectiora ferri conceditur , sed lac semper parvulus in Christo oportet dare . Huius autem aegritudinis leuanda remedia ex nullo alio melius petere possumus quam ex B. Augustino in eo opere , quod de hoc ipso argumento , id est , de catechizandis rudibus scripsit ,

*Cap. 11.
de Cat.
Rud.*

in

in eorum delectationis nouitate renouetur , & tanto magis quanto sum , amiores ? Quanto ergo magis delectari nos oportet , cum ipsum Dominum iam discere homines accedunt , propter quem discenda sunt , quæcumque discenda sunt , & in eorum nouitate innouari ? Huc accedit ad comparandam latitudinem quod cogitamus & confidimus , de qua erroris morte in viam fidci transeat homo . Idem in eodem opere , *Cap. 10.* gitemus quid nobis prærogatum sit ab illo , qui demonstrauit nobis exemplum , vt sequamur vestigia eius , qui cum in forma Dei esset , semel ipsam exinanuit formam servi accipies & certera vique ad mortem Crucis . *Phil. 2.* Quam ob cauam ? Nisi quia factus est infirmus infirmis , vt infirmos sacrificaret ? Audi eius imitatorem alibi etiam dicentem , sic enim mente excellimus , Deo , sic temperantes sumus , vobis . *1. Cor. 5.* Chatitas enim Christi compellit nos iudicantes hoc , quia unus pro omnibus mortuus est . Quomodo enim paratus esset impendi pro animabus eorum , si eum pigeret inclinari ad aures eorum ? *1. Thes. 5.* Hinc ergo factus est parvulus in medio nostrum tanquam nutrix sicut filios suos . Num enim delectat , nisi amor inuitet , decurta & mucilata verba immurmare ? Et tamen optant homines habere infantes , quibus id exhibeant . Et suavis est matri minuta manfa infusare parvulo filio , quam ipsam mandare ac decitorare grandiora . Non etiam recedar de peccato cogitatio gallinæ illius , que *Mat. 23.* languidulus plumis teneros fœtus operit , & suffrantes pupulos confracta voce aduocat , cuius blandas alas refugientes superbi præda sunt ali-

Y tibus.

doctrina Christi , que à lacestante iam aut defesso dicuntur quæque ipsemet languidâ putat, ea sape vehementius Deo ita agente , auditorum animos permoveant. Quoties nobis accidit , cum confessiones peccatorum audimus , & fessi iam alios excipimus, tam nobis frigide loqui videri , & fastidiosè, vt ipsi nobis dispiceamus , & tamen illa ipsa languens, vt nobis videtur , & toties singulis répetita exhortatio , præter spem nostram, lacrymas ac singultus intimos excitat , declaratq[ue] re ipsa paenitens noua illa fibi & mirabilia videntur Mihi quidem saepi ita evenit, & tamen sape contra , cum mihi ardenter agere viderer , & ad flectendum quoque lapidem efficaciter loqui , inueniens vultum auditoris , deprehendi oscitantem, ut sati mihi persuadetem, neque qui rigat esse aliquid, neque qui plantat , sed cum qui administrat semen seminanti, & dat fructum, cum vult. Ipsum ergo repetendi , & inculcandi eadem tedium magne mercedis est , & fructum habet copiosum. Q[uod] si abiectum & indignum nobis puerilla ista tractandi munus recusamus , præterquam quod & charitatis vacui , superbiaz pleni , nobis suspici etesse debemus , & stulti profus qui certa lucra non amemus, incerta magis & periculis plena se feremus , hoc igitur vt omittam , quæso honor & dignitas, apud quem tandem estimatorem colloquanda est : De cùmne, an homines iudices intuebitur ? Siquidem hominum iudicium respiciamus, nihil abiectius Pauli officio, quippe cum proximo diceret , Non erubescere Euangeliū , & Noli erubescere testimonium Iesu Christi , neque me vincitum eius. Talis erat apud homines existimatio

338 DE PROCVRANDA INDOVRUM
tibus. Si enim intellectus delectat in penetralibus
2. clement. **sincerissimum, hoc etiam intelligere delectat, quo-**
platice. **modo charitas quanto officiosius descendit, ad in-**
fima, tanto robustius recurrit in intimis per bonam
conscientia, nihil querendo ab eis, ad quos descen-
dit, præter eorum sempiternam salutem. Hec sapie-
tissimus, & Dei amantissimus Pater, qua si tran-
quillo animi vultu non obiter inspiciantur, vel
sola sufficiunt omnem mætorem, fastidiumque
depellere, & ad nutriendos parvulos Christi ma-
gna suauitate inuitare. Neque aliena ab his au-
reum illud Chrysostomi flumen: Non est, inquit,
Rom. 3.5. **charitas fastidiosa (sic enim legit ille in Paulo,**
in 1. Cor. **quod nos. Non est ambitiosa) Maiores natu vide-**
3. Cap. 1.5. **mus sapientia preæcellentis viros cum liberis suis**
Phil. 3. **saepè bâlbuitire: & id cum faciunt, nec reprehendit**
charitas fastidiosa (sic enim legit ille in Paulo,
quod nos. Non est ambitiosa) Maiores natu vide-
mus sapientia preæcellentis viros cum liberis suis
saepè bâlbuitire: & id cum faciunt, nec reprehendit
eos quisquam, neque ipsos rei illius pudet, sed
digna laude adeo videtur, vt quanquam improbi
sunt, qui infiltrantur, perdurent tamen ipsi hor-
tando, turpia castigando, horum illos nihil pudet.
Non est enim fastidiosa charitas, sed alii aureis
omnium quos complectitur, virtus regit. Ita Chrysostomus
charitatis ingenium exprimit. Quare
neque infantilia dedignatur, neque affidus repetitione
tædio afficitur. Eadem enim repetere mihi
quidem non pigrum, inquit, vobis autem ne-
cessarium. Nonne videmus artifices eadem ipsa
cum faciant, & modo codem repeatant, nihil tan-
tem fastidire, sed lucro potius intentos vehementer
delectari? Nam & cytharœdus, & cantor,
& grammaticus, & ludimagister rudimenta eadem
inculcare non moleste ferunt, quod ea do-
cendo quæstum ampliorem faciunt. Et profus in
doctrina

^{1. Ch. 2.} tio prædicationis Euangelij. At apud Deum : Nihil Apostolatu maius in terris. Principes confitentes eos super omnem terram. Paruulos igitur Christi Euangelij lacte nutriti , vile : Indos, gentem despiciam & sordidam eruditis viro graui indignum. Ita sanè mundus existimat. At apud Deum nihil sublimius , nihil glorioius , & reuerata in Ecclesia Dei nihil Apostolicum magis. Hoc enim proprium Apostolorum est. Neque enim ^{2. Ch. 5.} Paulus tantum suum esse putabat sapientiam loqui , sed parcè id quidem & raro nec nisi inter perfectos. Cæteris vero quid ? Nihil , inquit , me arbitratus sum scire inter vos nisi Iesum Christum , & hunc crucifixum. Ne ergo vile habeatur officium , quod non Angelis modo commisit , sed & Christus ipse suscepit. Quantoque quis maior est , tanto cum magis decet ad ista descendere exemplo Christi , ut Augustinus optimè admonuit. Quod sapienter cum secum reputaret patens noster Ignatius Societatis Iesu institutor firmissima ac perfectissima constitutione fanxi , ut quinque professionem facerent , qui gradus est in nostra societate sublimior , cæteris votis suis conceperis & hoc expressè addiceret. Et promitto peculiarem curam circa puerorum eruditonem. Ut norint nostri omnes tudimenta Christianæ doctrine non solum viros , quibus discere opus sit , sed etiam pueros docere tam eis suum , vt nisi fide Deo violata , huic muneri deesse non possint. Itaque nobis non iam de laude , de palma cogitandum est , cum ad rudes catechizandos accedimus , sed de fide potius liberanda. Euangelizandi enim parvulis necessitas nobis incumbit , & ^{CAP.} vobis est , si nou euangelizemus.

CAPUT XXII.

De fructu ex catechizandis Indis sperando.

^{De ea tebrudi cap. io.} Nihil tamen æquè laborem catechizandi auditum , ac ea cogitatio , quod operæ pretium non succedat. Hoc etiam Augustinus advertit. Facit , inquit , loquenti tedium auditor immobilis , non quia humana laudis nos stolidos esse decet , sed quia Dei sunt , quæ ministramus , & quanto magis diligimus eos , quibus loquimur , tanto magis cupimus , ut eis placent , quæ ad eorum porrigitur salutem : quod si non succedit , contristamur , & frangimur , quasi frustra operam conteramus. Huic molestissima cogitationi ita occurrit. Confoletur nos , inquit , Dominicum illud exemplum , qui offensis hominibus ex verbo suo , & tanquam durum refugientibus , etiam his , qui remanerant , air. Nunquid & vos vulnus abire ? Satis enim fixum arque immobile debet corde retinere Hierusalem capiunt ab huius saeculi Babylonie decursis temporibus liberari nullumque ex ea esse peritum , quia qui perierat , non ex illa erat. Firmum enim fundamentum Dei stat habens signaculum hoc , Noui Dominus , qui sunt eius , & recedat ab iniuritate omnis , qui invocat nomen Domini. Ita cogitantes & invocantes Dominum in cor nostrum minus tenebimus incertos exitus sermonis nostri propter incertos motus auditorum , delectabitque nos ipsa

342 DE PROCVRANDA INDORVM

etiam perpetuo molestiarum pro misericordi ope-
re, si non in eo nostram gloriam requiramus.
Tunc enim est verè opus bonum, cùm à charita-
te iaculatur agentis intentio, & tanquam ad lo-
cum suum rediens, rufus in charitate requiescit.
Hæc Augustinus. Itaque persuadere in primis sibi
Dei seruus debet laborem suum, siquidem Deo
placet, nunquam esse inuilem posse: fructum
verò in electis esse certum, propter quos omnia

Tim. 1. libenter sustinere debet ut Paulus: in cæteris si
non consequatur quod cupit, non esse mirandum,
cum & Apollonis id ceterò contigerit, & Ange-
lis, qui vident faciem patris in cælis, qui cum implois
etiam ad urelam dati sunt, nihil prætermittunt,
quod ad illorum salutem pertinet iuxta præ-
scriptum Dei, cum tamen tam multos perire vi-
deant. Quin ipse quoque Angelorum Dominus
idem tolerauit in Ie, qui non solum diuina sua
concione de pane vita non flexit animos homi-
num, sed etiam, quæ eorum prauitas est, magis
alienauit à se. Constatem verò Dei prædicato-
rem docens, & non hominum gloriam queren-
tem, conuersus ad reliquos dixit, Nunquid & vos
vultis abire? Ut intelligamus ardorem quidem
proximos lucrandi maximum esse dñe, sed ta-
men cum per te non steterit, quominus vota suc-
cedant, summe quietum arque tranquillum. Non
enim, ut dixi, perire potest charitatis opus. Hec
igitur humiliter primum cogitandi sunt. Deinde
Ioan. 6. quoniā debet qui arat, arata in spe fructus per-
cipiendo, certò sibi persuadet Catechista fructus
futuros maximos, atque mirabiles laboris sui.
Nam si opinionum vel segnitie, vel ambitione
ortarum

SALVTE LIBER IV.

Ecccl. 11. 343
ottatum caligo pellatur, serenisque oculis res In-
dicas iudicentur, non est dubitandum, quin la-
bore, & molestia longè maior appareat quaestus
animarum. Hoc non solum viti religiosiores, &
experiuntur, & prædicant, verum etiam pruden-
tissimus quicque secularium, qui diuiniptorem
vñsum horum habere potuerunt. Et surgit quidem
paulatin, sed quotidie maior copiosiorque mes-
sis, ac pro ingenio, & natura istorum etiam gra-
tia ipsa lenta & suspensa quodammodo videret,
re tamen vera non cessat. Tolle auaritiam, adhi-
be vitæ integræ exemplum, pro captu Indorum
opiniones eorum vanas refelle, viam veritatis de-
monstrare, atque hi diligenter infisit minister Eu-
gelij, ita ego te fruar Domine Iesu Christe, ut
copiosam messem, & letam futuram intelligo.
Sed nos cito operando cessamus, & properatas, ac
plena fruges statim volumus. Non est autem ta-
le Regnum Dei, prorsus non est tale, sed quale
Christus exposuit. Sic est, inquit, Regnum Dei. *Mar. 4.*
quemadmodum si homo iaciat sementem in terra,
& dormiat, & exurgat nocte & die, & semen
germinet, & increbat, dum nescit ille. Vlto
enim terra fructificat primum herbam, deinde
spicam, deinde plenum frumentorum in spica. Ad-
vertamus obsecro nostrum esse sementem iacere
in terram, idque imixa Ecclesiastem mane, &
vespere esse faciendum, quia nescimus quid ma-
gis oriarur hoc an illud, & si utrumque simul,
melius erit. Itaque eti dormicendum est aliquan-
do, & vacandum Deo, sed tamen nullo modo
ab opere cessandum, sed fungendum nocte, &
die. Et licet semen sepultum lateat, neque nos

Y 4 laboris

344 DE PROCVRANDA INDORVM
laboris nostri succelsum videamus , sustinendum
tamen est , quia nobis etiam nescientibus semen
germinat , & increvit . At neque properandum est
nimium , neque statim plena maturitate fruges
expectanda . Sed primum herbam quandam cuius-
dam externae speciei , & significatae Christianita-
tis gratae accipiamus , mox calamum yisuti robu-
stioris fidei , postremo plenos gratias , & charita-
tis fructus demetemus . Hoc non in uno quovis
homine tantum saluarior noster voluit intelligi ,
sed multo magis in ipsa hominum multitudine ,
quam Euangelici semini iactus attingit . Semini
enim vocatio Dei vires suas exerit , & euilis tri-
bulis , & cardui errorum preparatur terra futurae
sementis Fidei , sensimque cœlitus affluente diuini
fauoris imbre , nouum germen in Christo oritur ,
crecit , maturescit in frugem . Ergo celestis ora-
culi perspicua promissione confirmatus Euange-
licus operarius certissime intelligat laborem suum
non esse inanem , sed magna emolumenta salutis
hominum allaturum , quia qui promisit , fidelis est ,
& negare se ipsum non potest , tametsi succellum
interdum ipse non videat quam veller citò , in-
terdum ne tarde quidem fortassis , quia fieri po-
test , quod Euangelium habet , ut aliis sit , qui semi-
nat , alius qui metit . Sed qui metit , mercedem ac-
cipit , & congregat fructum in vitam eternam . Non
tamen sibi soli metit , mercedemque accipit ,
sed potius ut & qui seminar , simul gaudeat , & qui
metit . Siquidem omnes in Christo unum sunt .
Addo etiam in praesenti fructum laboris sentiri ,
& cum magna suavitate decepi ab iis , qui curam
suam iactant in Domino , & commissio officio

noꝝ

SALVTE LIBER IV.

345
non desunt , si qua decet patientia , & longani-
mitate , quæ Deus expectat , ipsi quoque expe-
ctare non dedignentur . Neque enim fructus affer-
tur nisi in patientia .

Lxx. 8.

C A P V T X X I I I .

Quid restet de Catechismo dicendum .

Hoc animo instrutus qui ad ergandum
diuini tritici mensuram accedit alacrit , si-
quidem hilarem datorem diligit Deus , quid tra-
dicturus sit , tum qua methodo , & ratione cogi-
tare debet , vt in altero fideli , in altero prudens
sit . Quia ergo nouas gentes , nudes Fidei populos
doceri oporteat , & quibus ea rationibus , vt an-
imo hærent , effici queat , quoniam præcipuus
est scopus catechizantis , noua disputatione ex-
plicandum est .

2. Cor. 8.



DE